

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4372

Auteur(s) : Étienne Rabot [particulier]

Auteur(s) : Pétronille, fille d'Étienne Rabot [particulier]

Bénéficiaire(s) : La Lucerne-d'Outremer, Sainte-Trinité de La Lucerne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1299, août

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Étienne Rabot et sa fille Pétronille, veuve de Richard de Porte, cèdent et assignent à l'abbé et aux chanoines de l'église Sainte-Trinité de La Lucerne le chemin pour accéder leurs prés sis dans la paroisse de Saint-Léger et l'eau de la source pour y apporter.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luserne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Luserne, n° CLVII, p. 145-146.

Texte établi d'après a

Noverint universi tam presentes quam futuri quod ego Stephanus Rabot et ego Petronilla, filia predicti Stephani, quondam uxor Ricardi de Porta, defuncti, in viduitate mea concessimus, tradidimus et assignavimus, in puram et perpetuam hereditatem, viris religiosis abbati et canonicis ecclesie Sancte Trinitatis de Lucerna, Premonstratensis Ordinis, Abrincensis dyocesis, viam competentem per curiam nostram et per clausum nostrum necnon per viam per quam eximus de manerio nostro, ad trahendum et deportandum cum quadrigis fenum et ligna sua et omnia alia que cum quadrigis seu equis fuerint deportanda de suis pratis sitis in parrochia Sancti Leodegarii ; necnon concessimus eisdem quod capiant et habeant aquam nostri fontis exeuntem ad rorandum sua prata, pro sue libito voluntatis ; et dicti religiosi, in excambio predicte concessionis, nobis tenentur invenire plateam juxta introitum prati sui competentem ad faciendum unum stagnum, sive rotor gallice, pro usu suo et nostro communiter tam ad sua prata roranda quam ad nostra necessaria facienda, longitudinis decem pedum et latitudinis totidem, vel minus, si dicti religiosi viderint expedire. Et nos et heredes nostri tenemur et tenebimur dictis religiosis et eorum successoribus libere, pacifice et quiete predictam viam et predictam aquam deliberare, deffendere et garantizare contra omnes bona fide et ipsos religiosos indempnes observare, vel alibi in nostra propria hereditate valore ad valorem excambiare, sine contradictione seu perturbatione nostri seu heredum nostrorum dictis religiosis seu eorum successoribus in posterum facienda. Ad que omnia et singula premissa tenenda et fideliter observanda dictis religiosis et eorum successoribus obligamus nos et heredes nostros, omnia bona nostra mobilia et immobilia, presencia et futura. Et, ut hoc firmum et stabile permaneat in futurum, dedimus predictis religiosis presentem cartam sigillorum nostrorum munimine roboratam. Actum et datum anno Domini M° CC° nonagesimo nono, mense augusti.